

HOROLOGIIUM
PRINCIPUM,

Sive de vita De la Rib. del Col. de Salamanca

M. AURELII IMP.

LIBRI III.

ab illustri Viro

Dn. ANTONIO DE GUEVARA, EPISCO-
PO Accitano, D. CAROLI V. IMP. Consiliario &
Historico compositi,

Illustrissimi ac Celsissimi Principis,

Dn. FRIDERICI VVILHELMI DUCIS
SAXONIAE &c. jussu ex lingua Castellana, adhibitis Gallicis
& Italicis versionibus, in Latinam linguam traducti,

ET

Myriade, cui nunc CHILIADES ALIQUOT acces-
serunt, lectissimarum sententiarum exornati atq; illustrati, additis in-
dicibus necessariis, & NOTATIONE locorum, ex quibus margi-
num illustramenta, quæ pro NOTIS esse queunt,
deprompta sunt.

Operâ & studio

JOHANNIS WANCKELII

EDITIO QUINTA.

CUM S. CÆSAR. MAIEST. PRIVILEGIO SPECIALI.

Sumtibus Grosianis Bibliopol. Lips.

ANNO M. DC. XXIV.



HOROLOGIUM
PRINCIPUM

Antony de Guétiar a
Julatinam Ling.
Im ductum

IOHANNÉ WANCKE
LIO

Edito Quinta
Cum privilegio S. Cas. Praes.
Sumptibus Grosianis
Proditor. Lib.



Armenicus
Regentia



Comes Palatinus
tenis



Armenicus
Comitatus

Dux Sacerdotum
nia

Armenicus
Comitatus

Marcus Brandenburgicus





DEI GRATIA

FRIDERICUS VVILHELMUS

DUX SAXONIÆ, TUTOR ET ELECTORATUS

ADMINISTRATOR, Landgravius Thuringiæ,

& Marchio Misniæ,

Illustrissimo PRINCIPI

Dn. CHRISTIANO II.

DUCI SAXONIÆ, SACRI ROMANI

Imperii Archimarschallo & Electori, Landgravio

Thuringiæ, Marchioni Misniæ, Burggravio

Magdeburgi, Agnato dilecto.



Um magni insistsens vestigia clara Parentis

Incipis ENSIFERI munus obire DUCIS

SAXONICÆ columæ gentis, quo munere possum

NATALEM imperii condecorare tui?

Ut maneat testata mea propensio mentis,

Est qua sincero dedit a corde tibi.

Omnia sollicito lustranti pectore sese

Offert HOROLOGI fabrica pulchra novi.

Non quod limitibus discernit tempora certis,

Ut spaciis currant noxq; diesq; suis:

Qualia multa PATRIS tibi cura reliquit AVIq;

Artificumq; potest plura parare labor:

Sed quod, dia quibus terrarum indulget habenas

Gratia, celsorum dirigit acta DUCUM;

A 2

Gloria

M. AVRELIJ, IMPERATORIS GLORIOSISSIMI,

Cum HOROLOGIO PRINCIPVM

recens addito,

Libri Primi,

QVO OSTENDITUR, QUANTI

interfit Principem esse verè Christianum,

& quanta, si tyrannus sit, malo-

rum Ilias sequatur,

CAPVT I.

De genere & ortu MARCI AVRELIJ IMPERATORIS: Præmittitq; autor initio libri tria capita, quibus curriculum vitæ ipsius complectitur, quoniam ipsius epistolis præceptisque pleraque huius operis dogmata confirmantur.

DOMINVS, qui ex his quæ nihil sunt, aliquid facit, tales inuenit viros, quales requirantur, cum præditum excitare vult principatum. Nic. Greg. lib. 2.

Ανθρώπος τῶ μεγάλῃ ἔκλεισθη... Θεόδωρ. 430.

Nemo aliquando ad summam rerum peruenit, qui non à prima etate gradibus virtutis ascendit. Vopisc. Aureliano.

Nihil virtus latet, & latuisse non ipsius tantum est. Venier, qui conditam, & seculi sui malignitate compressam dies publice. Sen. epist. 8.

NIHIL est illo per sententiam boni cuiusque generosius, quisquis ingenii, corporis, opum iunctam in hoc condans operam exercet, ut maioribus suis a se respondeatur. Sidon. epist. 7.



NONO ab urbe condita & sexcentesimo, nonagesimo quinto, Olympiade centesima, sexagesima tertia, post excessum Diui Antonini Pij, Fulvio Catone & Gn. Patroclo Coss. in Capitolio ad IV. Non. Oct. summus totius monarchia Romana Imperator,

Populi iussu, & Senatus mandato declaratus fuit M. Aurelius Antoninus. Is vir excellentissimus, patria Romanus, VI. Cal. Maii in monte Calio nascitur. Auius illi fuit Annius Verus, ascitus in patricios à Principibus, Vespasiano & Tito Censoribus. Proauus iisdem Annius Verus dictus fuit, ex Sublicitano municipio in Hispania factus Senator, flagrantibus inter Casarem & Pompeium bellis civilibus; qua tempestate plurimi Hispani Romæ, & vicissim Romani plurimi in Hispaniam sese habitandi gratia contulerunt. Atque ita Imperator hic proauum Rom. proauiam Hispanam habuit. Pater item, ut auius ac proauus, Annius Verus fuit dictus, unde ab historicis frequenter M. Anton. Verus appellatur. Sanè ab Adriano Imperatore M. Verissimus vocatus est, quod nullum unquam

† 911. Orf. lib. 7. cap. 15. † Christi 161. Olymp. 235. Euseb. Beati perfectaque ratione virtute ante alia patriam esse conuenit gloriosam. Ammian. lib. 24. † Duo bus Augustis Coss. Callod. † Proculo. ἄνθρωπος ἐν τῷ δὲ πνεύματι καὶ σώματι ἰσχυρῶς, ἢ πνεύματι ἐστὶν ἀλλὰ καὶ σώματι πνευματικῶν. Euseb. Heraclicid.

βελτίως εἶπεν τὸς οὐ βελτίων. Arist. 3. Polit. 13. Multi Senatores sunt in aliis terris, qui Romanam nec de facie quidem norunt. Augustin. 5. cin. 17. Capitolin. in M. Anton. Piusos.

Effigies Maiorum cum titulis idcirco in prima ædium parte poni solent, ut eorum Virtutes posterius non solum legant, sed etiam imitentur. Val. Max. 5. cap. 8. Strabo de Corduba lib. 3. Plinius 3. 1.

Φίλοι. φασὶν, ἢ ἀλέθειν. Athenæus lib. 5. Μηδὲν ἢς ἀληθείας ἡμῶν ἴσται. Epict. Stob. Serm. 60.